



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Batavia, Sive De Antiquo Veroque Eius Insvlae Qvam
Rhenvs in Hollandia facit situ, descriptione & laudibus;
aduersus Gerardvm Noviomagvm, Libri Dvo**

Aurelius, Cornelius

Antverpiæ, 1586

Ad Virvm Doctiss. Bon. Vvlcanivm, Pro Cornelio Avrelion luci ac vitae
restituto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38123

AD VIRVM DOCTISS.

BON. VVLCANIVM,

PRO CORNELIO AVRELIO

luci ac vitæ restituto.

Res gestas Batauûm, priscaque ab origine
gentem

Complexus paucis magni Præceptor Erasmi
Prodidit ingenuè, frustra mordente Sicambro.

At verò auctoris cineres, & scripta premebat
Urna eadem: obscuraque etiam-num in nocte ia-
cêret

Hoc opus, adnifus multa nisi Dædalus arte
Eduxêt cæli in dîas Vulcanius oras.

Munere quo vitæ non tantùm redditus vnus
AVRELI genius, verùm tot flumina, & vrbes
Ingentes lucem adspiciunt, & tela diei:

Heroumque adeò nostratum plenius acta
Iam legere, & seriem generis, monimentaq. rerum
(Exiguus quamquam terræ sumus angulus) omnes
Nosse valent populi, terrarum quâ patet orbis.

Maecte isthoc studio Vulcani, atque Herculea vi
Protrahe Musarum porrò in lucem aurea dona,
Inuitis Superis quæ plurimâ detinet Orcus.
Multum omnes Bataui tibi nos debere fatemur
Accepti tabulis memores hoc scribere munus,
Æternùm vt maneat Vulcani nomen honosque.

FRANCO DVYCKIUS

Leydensis.

AD-